

LACHRYMIS COMMISTA QVERELA
LVGENTIS

MAGDEBURGI,

CUM

VIRI MAGNIFICI
DNI. CHRISTIANI
DIETERICI ACKENHUSEN,
REGIS BORUSSÆ CONSILIARII AULICI
SPLENDIDISSIMI,

ET

PRÆSIDIS MAGDEBURGENSIUM LONGE ME
RITISSIMI,

MÆCENATIS SUI JAM POST FATA
DEVENERANDI

EXUVIAE

IN SPECTABILI FREQVENTIA DIE III. JUNII
ANNI MD CCVI CONDÈRENTUR,

OBSERVANTIÆ COMPROBANDÆ ERGO
LEVIBUS ELEGIS DESCRIPTA

Jofia Mördero, J. V. L. & Jud. Forens.

TYPIS MULLERIANIS.

1893/49 3021

BIBLIOTHECA
POMERAVIANA

A. d. Bibliothek
des Thüring.-Sächs.
Geschichtsvereins.



D virides cuius Ripas collabitur Albis,
Parthenopyrga suis nobilitata Bonis
Illa Caput tollit, quondam confecta Ruinis,
Majus & antiquo colligit aucta Decus,
Usque *Borusiaco* postquam sub *Rege Potenti*

Melliferæ Pacis Commoda grata tulit.

Ejus & incolumi Clavem cum Laude tenenti

Præside, læta suis Auctibus Ipsa stetit

Nunc Faciem velat, subito correpta Dolore,

Tristitiæque graves edit acerba Notas.

Vestibus induitur, Luctu, quibus utimur, orto,

Vittaque lugubri nobile tecta Caput:

Quod queror, Ore refert mæsto, Deus optime, Fatum?

Tot Malapro Meritis passa subinde fui.

Fortia percussit mea Mœnia scæva Malorum.

Congeries, poterant Rudera Damna loqui.

Hostibus Ipsa meis olim prostrata jacebam,

Prædaque cum multo sanguine pingvis eram.

Antea Disfidius propriis hinc inde premebar,

Consiliisque dabat nemo salutis Opem?

Salva quibus poteram pro Me vigilantibus esse,

Exitii Causam sponte dedere Mihi

Noxia quò posuit Discordia ducere Cives,

Quæ nocuit, docuit bellica Flamma dolor!

Pulvis, & in Cineres conversa, resurgere cepi,
 Auxiliatrices *Rege* ferente Manus.
 Inde mei Curam primo *Præfatus* ab Aula
 Sustinuit, veri More, Modoqve Patris.
 Quæ modo cunqve meis Muris inclusa tenentur,
 Illius in Laudes surgere prompta manent.
 Jam quæror amissas in tanto *Præsede* Dotes,
 Officiumqve meum mæsta Quærela probat.
 Hic dolor! occubuit devicta Morte beatæ,
 Orbeqve deserto cœlica Regna petit.
 Dura *Viri summè culti* per tristia credo
 Funera Fata meam congeminare Vicem.
 Quicquid habet Nomen Virtutis amabilis, huius
Præsidis Ingenium condecorasse patet
 Mente Deum coluit tota per Tempora *Viræ*,
 Ac habuit vera nil Pietate prius.
 In Populi Coetu Doctos audire solebat
 Omnipene Die Verba referre Dei.
 Iustitiæ Studiis clarebat, Juris & Æqvi
 Gnarus, & hinc Ipsum sustulit alta Themis,
 Plurima callebat variæ Discrimina Lingvæ,
 Pars fuit Aonii credita summa Chori.
 Aufonia quicquid retulerunt Voce Camcenæ
 Ejus id Ingenium noverat omne memor.
 Nota fuisse scio clarorum Facta Virorum,
 Possent ut antiqui Temporis Acta loqui,
 Sive sub Augusto quæ Cæsare facta leguntur,
 Roma triumphati cum Caput Orbis erat,
 Sive sub antiquis cum Græcia floruit Annis,
 Cinxit & Hectoreas Obsidione Domos
 Suscipiens docto Mularum Pectore Curam
 Gymnasii semper nobile fovit Opus.
 Et Virtutis amans, & amabilis extitit omni
 Laude: fugax Litis, Sermoqve comis erat

Quos

V. D. 18
 Qvoslibet Officiis & publica Commoda iuvit,
 Et Presfis Ædes fecit Afyla Suas.

Ergo si qva prius meruerunt Funera Luçtum,
 Tristia jam Lachrymis Ora rigare decet.

Presfis Ipsa piis Mortem plorabo Qvetelis
 (Impediat quamvis Fletibus Ora Dolor)

Emeritæ faciam Præconia debita Vitæ,
 Ipsa quibus gaudet nescia Fama mori.


Qvæ memorans cumulo justos, minuoqve Dolores,
Presfis Alterius pondero quando *Decus*.

Me juvat Hussiadum *Generosa Columna*, Mihiqve
 Hic sapiens poterit reddere *Presfes* Opem

Dignior eqvis *EO* Primi Successor adefset,
 Qvi Virtutis habet nobilis omne Genus?

Illius attonitæ *Laudes* Solamina præbent,
 Spemqve Meam magnam crescere porro sinunt.

Splendeat hoc *Lumen* longissima Tempora! Salvo
 Parthenopyrga suo *Presfide* salva manet.



FK 32^a, 24

Nat. IV 184

Za
54

LACHRYMIS COMMISTA QVERELA
LVGENTIS

MAGDEBURGI,

CUM

VIRI MAGNIFICI

CHRISTIANI

RICI ACKENHUSEN,

RUSSLÆ CONSILIARII AULICI
SPLENDIDISSIMI,

ET

MAGDEBURGENSIUM LONGE ME
RITISSIMI,

ATIS SUI JAM POST FATA
DEVENERANDI

EXUVIAE

PECTABILI FREQUENTIA DIE III. JUNII
ANNI MD CC VI CONDERENTUR,

ERVANTIÆ COMPROBANDÆ ERGO
LEVIBUS ELEGIS DESCRIPTA

Mördero. J. V. L. & Jud. Forens.

TYPIS MULLERIANIS.

1843/49 3021

